



Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

An donatum ab alicuius vxore sit restituendum, & similiter extortum per
simulatam paupertatem, vel sanctitatem. Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

e Hinc sepius verificatur A. postoli sententia, alius esurit, alius qui de ebrius est, quia te sur Prælati fidei rer & rationabili ter dispensare.

bus, ita abundanter, ut alij egeant, peccat grauius, quia fit alijs iniuria, cum bona communis pro indigentibus communia sint, & tantus potest esse excessus, & luxus ut sit culpa mortalis, tam in dispensato, quam in dispensante, si taliter vacetur luxui.

¶ Atque secundum eundem Victoriam, si religiosus ex negligentia, vel obliuione non efflagitauit licentiam, postea si ubi non suppetit ei copia eam petendi, expendit aliquid non adeo notabile, non censendus est fregisse votum, quando id fecit fretus in ratihabitione prælati. Neque si in hoc casu in via aliquid insumpsit pecunie non prodigè tamen, sed moderatè.

¶ Hæc autem omnia hætenus hoc grano salis ducimus temperanda, ut sic dicta vera sint: si non fuerint alia strictiora mandata superiorum, aut capituli prouincialis acta, sine expressa licentia prælatorum prohibentia religiosus expendere aliquid, nam tunc non potest se protegere religiosus licentia interpretatiua, sed licentiam prælati expressam tenetur impetrare, nisi forsitan in tam remoto loco esset, ubi tantum urgeret necessitas expendendi aliquid, nec suppeteret præsentia prælati pro ab eo petenda licentia. Nam tunc non obstante tali expressa prohibitione, sub ratihabitione, quia necessitas caret lege, posset pro imminente sibi necessitate, aliquid expendere.

¶ Nec puto cum religiosus accedit hospes ad alium conuentum etiam eiusdem prouincie & ordinis, cum licentia prælati illius conuentus, sibi placita posse insumere. Nam expresse dicitur in nostris constitutionibus cum licentia sui prælati, pecunie facienda est expensio. At prælati alterius conuentus non est proprie prælatus religiosi hospitis & aduenæ, sed de his satis.

in xta & pherna dos, quasi in xta dotē, s. quod vxor præter dotem secum ducit.

An donatum ab alicuius vxore sit restituendum, & similiter extortum per simulatam paupertatem, vel sanctitatem.

C. A. P. VII.

¶ Orro de vxore reuocari in dubium potest: quæ præter dotem alia obtinet bona paraphernalia, aliunde, vel ex legitima successione habita, vel aliter donata sibi, an sine expresso, vel tacito consensu mariti possit ea donare

ea donare. De qua quæstione doctores præsertim extranei, neque multum dubitant: neque Diuus Thomas, quia sunt ius sequentes commune, quod vxori hæc bona paraphernalia, præsertim quando pro sustentatione familiæ non sunt necessaria, sine consensu mariti posse donare concedit: At in Hispania vbi vir siue ex vsu, siue ex lege, omnium bonorum vxoris administrator est: sine consensu mariti, etiã de his paraphernalibus bonis non poterit vxor donationem facere. Nam etiam in casibus quibus mulieri pro alio fidem iubere conceditur, scilicet pro manu missione pro dote, per renũtiationẽ Veleiani, pro accepto pretio, si dedit pignus & post biennium consensit, quos casus non potest sine licetia mariti fide iubere. ^b Nam & in recopilatione noua legum li. 5. tit. 3. l. 2. mulier durante matrimonio, sine licentia mariti prohibetur aliquid inire contractum, ^c neque ab eo desistere, si ante matrimonium talis contractus fuerat initus.

¶ Nunc vero eleemosyna per simulationem extorta sit restituenda, venit illucidandum. Nam quæstionis resolutionio non est tam in procinctu, quia Metina, ^d inter alia quæ de hypocrisis loquitur damnat ad restitutionem eum qui in oppositione cathedræ, vel dignitatis, vel canonice, ^e falso se iactat, scilicet libros se edidisse, preloq; cõmisisset. Quam ego sententiam limitarem, dum alias eum non tam dignus esset, sibi alias præbenda non parata erat dari, sed alteri, nisi istis mendacibus medijs illam extorsisset, vt ibi licet non tam expresse innuit Metina.

¶ Addit secundo quod qui se fingit bonum ad aliquã adipiscendam dignitatem, vel bona aliena obtinenda, peccat mortaliter, quod ego quoque dictum temperarem sic esse, dum alias ante nouam dignitatem non concipit animum probabiliter de cætero resipiscendi, alias licet malus secreto fuerit si hoc proposito fingat se bonum sine adipiscendi dignitatem, præsertim sine cura animarum, non credo talis simulatio pertinet ad crimen mortale, nam & Sorus de iustitia & iure limitanter ait quod episcopatium acceptas cum animo perseverandi in peccato mortali, mortaliter peccat, quando ergo talis simplicem dignitatem acceptat cum alias peritus sit cum animo mutandi vitam licet pro tunc prædicto sine se finxerit

c 4 bonum;

b Syluest.
ver. fidei-
inssor. §. 2.
secundũ Hu-
gon. de Cel-
so in suo re-
pertorio.

c Contra-
ctus a mu-
liere sine
licetia vi-
ri facti an
nullatur.

Ius. C. de
legib. Fel.
in c. sicut.
de re iud.
Q. 1.

d Met in
struct. cõf.
fol. 189.

pag 2.

bonum: nullum arbitror tam criticum fore censorem, qui hanc eius simulationem, tam atro calculo notet, scilicet peccati mortalis. Igitur sententia Metinæ intelligitur vera: quando animo inescandi dignitatem, & perseverandi in malo illam simulationem molitur.

¶ Addit tertio, quod facit ad rem, scilicet quod quando quis hypocrisis induens nulla media alia fraudulenta admiscuit, sed tantum medijs ordinarijs eleemosynam sibi datam tulit, quibus eleemosyna ceteris pauperibus solita est impendi, nullius restitutionis est reus. Nam etsi ita verum sit, quod illi talis eleemosyna non fuisset impensa, si eius mendacium, & fictionem largitores eleemosynæ datæ, explorassent, aut deprehendissent: sed talis donatio libera fuit & citra ullam conditionem, Sicut exemplo hanc sententiam confirmare sibi videtur, scilicet si aliquis duxit vxorem: quam non duxisset si corruptis eam esse moribus nouisset, non ideo matrimonium desinit esse validum, sic & in præsentiarum talis collatio eleemosynæ impensæ hypocrisis.

¶ Et quidem resolutio hæc Metinæ noua apparet, nam e Calet. in alij aliter hunc casum resoluunt. Et primo Calet. pro-
Sum. Ver- ponens quæstionem, an fingens se bonum, aut pauperem,
bo Resti- aut oraturum teneatur restituere eleemosynam sic acce-
tutio pe- ptam breuiter se expedit per distinctionem hanc, quia si
nes finem prædicta finxit, vt obtineret eleemosynam, tunc talis simulator quia per fraudem eam acquisiuit: sicut & quilibet alius per dolum & fraudem teneretur, si acquisisset aliquid, teneretur eam non largitoribus restituere sed Christi pauperibus, aut pro ijs pijs operibus talibus, qualibus ille qui dedit putauit se dare. Si autem alio fuisse, illam machinatus est sanctitatis aut paupertatis simulationem, tunc quia de per accidens, id est præter intentionem concurrat ad acquisitionem eleemosynæ non tenetur restituere, sed satisfacere deuotioni eleemosynam dantis, quia hypocrisis hæc non deceptit largitorem quantum ad actionem dandi eleemosynam. Sed ad hanc ex propria deuotione ducitur hæc Calet.

¶ F. Iosephus in suis floribus in materia de restitu

¶ At alij vt Metina Complutensis & Frater Iosephus aliter hanc diffiniunt quæstionem asserentes, quod qui simulata sanctitate eleemosynam tenuem, vel pinguem obtinuit

obtinuit tenetur restituere, si causa finalis dandi fuit subuenire hypocrita propter eius paupertatem, vel propter eius sanctitatem, ut largiens eleemosynam, suffragiorum eius particeps fieret, ut cum porrigendo dixit accipe, ora pro me, ut oves pro me tibi do, quia cessante causa finali donatio est inuoluntaria. Quæ ratio videtur iuridica. Si autem hypocrisis fuit tantum causa impulsiva, quia ratione sanctitatis fictæ illectus est ad facilius libentiusq; eleemosynam porrigendam illi, potius quam cæteris pauperibus, tunc non tenetur restituere.

¶ At profecto hæc resolutio licet videatur iuridica, & pertinet ad forū exterius ubi ex probationibus, & presumptionibus, iudicium fertur, quando fuerit causa impulsiva, quando finalis, sed iste simulator restitutus valde anxietur: si diuinaturus esset, quæ ex causa, motiva, vel finali largitor eleemosynæ inductus fuerit ad eam sibi dandam nisi interrogaret ipsum largitorem de tali, & quali animo dederit, cum periculo se prodendi forte: nā neque & ipsi largitori interdum iam constat de eo, quo dederit animo, an ex causa finalis vel impulsiva, quare neque hæc opinio mihi omnino in foro conscientie facit satis.

¶ Sed neque opinio Metinæ in sua instructione primo relata mihi applaudit, tum quia noua esse videtur: tum quia eius rationes in conscientia, ubi respicitur veritas, non magnæ sunt efficaciam, quia si illius ducentis uxorem secreto prauam, quam si talem esse nouisset, non duxisset, matrimonium est validum, est, quia est sacramentum, coniunctioque indiuidua, & inseparabilis, isteque contractus suapte natura non requirit in uxore bonitatem moralem, incorruptionemque morum, sed potentiam coeundi & liberam libertatem ad hoc sine impedimento seruitutis incognitæ. At in largitione eleemosynæ quædam donatio est, quæ in hoc casu fit ob causam, sicque respiciendum est an subsistat causa.

¶ Ideo opinio vltima Nauarri est quæ licet opinionem Soti & videatur respuere ea ratione, quia eam Sotus asserit, alia ratione iuridica videtur eam admittere: ait enim Nauarrus quod talis eleemosyna si ab hypocrita, taliter est obtenta ob simulationem, dum dissimulauit se pauperem, religiosum, aut infirmum, ut hæc dissimula-

g. Sot. lib.
9. de insti-
tia est iur.
q. 7. art. 3.
h. Nauar.
sum. Lat.
ca. 17. 42.
num. 107.

tionem eleemosynam ab eo, qui perfecta sibi veritate non dedisset, obtineret, iuxta Sotum communiter receptum in. 4. ⁱ est restituenda & secundum Adrianum. ^k Et

i Sot. lib. 4. d. 15. q. 2. hoc siue eleemosyna fuerit magna, siue parua contra Sotum dicentem quod si est magna, restituenda est. Non autem si est modica. Quia inquit Nauarrus, quod sit magna vel modica parum refert: quoad forum interius de quo agimus, quia solum in foro exteriori presumitur, quod si eleemosyna fuit magna, erogatis non habuit animum absolute donandi. Secus si fuit parua. ^l At praesumptio inquit Nauarrus contra Sotum cessat in foro interiori, ubi sola veritas valet. ^m

l arg. cap. 1. Et si quæstiones. de symon. c. tun. & cap. 15. qui de spoliis. l. 2. in secundum arg. text. optimi in l. 2. §. fin. ff. de donat. o §. affinitatis. institut. de nuptiis. ¶ Sed nos dicimus in gratiam Soti, quod non est sic velle. candus à Nauarro in materia morali ubi veritates morales satis est sint regulariter verae. At sententia Soti moraliter, & regulariter est vera, & simulator iste dum oppositum sibi de mente largitoris eleemosynæ non constat per hanc sententiam Soti tenetur se regulare, supposito quod durum videtur illum ad scrutandas, & sciscitandas mentes largientium quo animo dederint an absolute, vel conditionato obligare, satis erit si modicum sic acquisierit, deponere scrupulum (& non restituere) seu quia presumitur illud modicum secundum Sotum, animo absolute, & non conditionato fuisse sibi collatum, seu propter rationem Nauarrus, quia simulatio fuit tunc, tantum impulsiva erogationis eleemosynæ, & non causa finalis. ⁿ

p arg. l. si quis ad de elinadam. iuncta gl. verbo minui. C. de episcop. & cler. ¶ Si autem eleemosyna sic extorta copiosa sit secundum Sotum restituenda est in pauperes, seu in opera pia. Qui subscribit Nauar. quia duæ causæ finales illius eleemosynæ fuisse videtur, scilicet amor Dei, & necessitas proximi habiti pro seruo Dei, & ideo quauis hæc secunda cesset, & ita quoad pauperem se simulantem, erogatio non valeat, quoad Deum tamen valet, quia cessante vna ex duabus causis finalibus, non cessat dispositio, ^o & in ipsum dominium transit eo modo quo dominium eius, quod diuinæ suæ maiestati donatur transit. ^p

Q. 2. ¶ Sed quid si eleemosynam magnā à pluribus modice & minutim dantibus sibi ille simulator comparauit: forsitan in hoc casu habet verum prima opinio Metina, quia sibi libere, & sine conditione illa modica minutatim data sunt & ex causa

causa impulsiva non finali secundum præsumptionē iuris
ut ait Nauarrus. Ergo licet multa minuta excreuerint in
magnam quantitatem, id fuit per accidēs, & præter intētiō-
nem vniuscuiusq; minutim erogātis, videtur tunc q̄ illa
quantitas licet magna restituenda non sit, sed quāvis hic
apparenter argutum sit & ad homines contra Sotum &
Nauarrum eorūq; rationes, sed puto oppositū etiā secun-
dum eorū mentes esse dicēdū, scilicet quod etiam in hoc
casu hæc magna quantitas sic minutatim cōgesta sit pau-
peribus restituenda, quia perstat præcipua ratio finalis, sci-
licet amor Dei. Imo in hypocrita videtur cessare causa se-
cūda, quæ est necessitas proximi, quia nō indiget. Vnde si-
cut qui minutim depilat cōmunitatem curtādo metretas
vini, tenetur restituere illā magnā quātitatē, sic quādo ad
eam elemosynā captādā sic se personauit iste, & hoc asse-
rere tutius est, scilicet q̄ iste etiā in hoc casu restituere te-
neatur licet hæ rationes suis solutionibus non careant.

¶ Præterea secundum Metinam in sua instructione lo-
co citato sequitur, quod si quis fingens se pauperem, fin-
gens quoque suum parentem eūque ingenuū inter in-
fideles detineri captiuum, gratia cum redimendi impe-
trata à rege, & episcopo copia colligendi elemosynam,
non modicam pecuniam hac fraude confluxit, absq; du-
bio eam omnem restituere tenetur, tum quia technis, me-
disque iniustis eam sibi comparauit, tum quia planum
est populū noluisse tam abundāter illi elemosynā largi-
ri, nisi causa redimendi patris, quod cum totū sit cōmen-
tum citra dubiū totum sic à se corrasum est restituēdum.

¶ Hinc verum est quod Corduba ait q̄ quod naufra-
gus, qui ad sibi subueniendum impetrauit literas quæ-
stuandi per sex mēses, siue per se, siue per suum commis-
sarium à se designandum: quod creditur inaduertenter,
vel aliqua alia ex causa, hoc de substituendo ad hoc com-
missarium fuisse adiectum à notario qua mediante clau-
sula pro octo sibi persolutis aureis, ex pacto substituit in
hanc potestatem alium, qui ex tali cōmissione, quæstuans
per sex mēses, ultra aureos iā octo solutos, ex elemosy-
nis cumulauit sibi, 50. aureos, ultra sui victus expēsas, nō
potuit locare alteri illam facultatem quæstuandi, etiam
si illa clausula vere inserta fuisset, scilicet q̄ ipse, vel alius

q̄ 98. de
casib. con-
suet.

ex eius commissione posset pro se quaesturare, quia intelligenda erat solum de adiuvantibus se ad postulandum, & quia est contra finem eleemosynae, talisque conductor huius iuris quaestuandi tenetur deductis octo iam impensis aureis, deductisque impensis victus, residuum ex 30. aureis sic ex tali quaestu constatis, restituere praedicto naufrago, cuius nomine illa, eleemosyna est postulata, si necessitas indigentiaque eius, suppleta iam non est, quod si iam sua indigentia est reparata, pauperibus residua eleemosyna erit eroganda, vel pro his operibus pijs, pro quibus per sententiam iudicis fuerit adiudicata. Communiter doctores in his consonant.

¶ An domini soluentes famulis sibi seruientibus imminuta stipendia teneantur reliquum restituere usque ad aequalitatem & de recompensatione licita.

CAP. VIII.

¶ AM alias causas furti, aut restitutionis prosequamur, usque dum omnes difficultates exhauriamus. ¶ Inter reos autem restitutionis est, qui mercenario statim diarium suum non soluit, faciens contra illud morabitur opus mercenarij: at si soluit quidem: sed non in ea re, qua debet, sed in panno, aut esculento, contra eius voluntatem, cum possit soluere in re conuenta, peccat & si in ea non poterit soluere, id in quo soluerit aestimandum erit iuxta pretium commune, etsi mercenarius eo non indigens illud vendit, & non inuenit pretium pro quo accepit, ad damnum tenetur iuxta D. Ant. * & communem: quod secundum Nauar. meminisse deberent confessarij & admonere concionatores in his terris in quibus duces, & alij ministri regum solunt stipendia militibus in pannis, quibus illi non indigent, quosque longe viliori pretio vendere coguntur.

a D. Anthonius
Flor. Archiepiscopus
2. par. tit. 1. c. 17.
§. 8.
b Glos. in l. si v. o. §. cum quidam ff. de locatu. & condicto.
Q. 1.

¶ Ad soluendum tamen diarium, tempore quo seruus aegrotauit, non tenetur herus. Et si mercenarium, vel quemlibet alium famulum, qui suas operas locare consuevit, nullo pretio statuto suscepit, tenetur ei soluere tantum, quantum daret alteri simili, si eum conduceret & si pretium taxandum est arbitrio heri, taxandum est arbitrio boni